



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 26. Cardinales Conclave ingressi, & Cardinalis S. Petri ad vincula in  
Papam electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XVI. tificii exercitus Praefectum creatureus  
A.C. 1503. esset, Dux vero vicissim Cardinali polliebatur, se ejus electionem illorum, qui olim Alexandri VI. clientes erant, suffragiis adjuturum, dein ad servandas has leges, ut certior eorum fides esset, sacramenti religione sese obstrinxerant.

## §. XXVI.

*Cardinales Conclave ingressi; &  
 Cardinalis S. Petri ad vincula  
 in Papam electus.*

*Betcar. lib. 9.  
 Raynald.  
 ad an. 1503.  
 v. 2.* Interea totum, quod a die obitus usque ad Mensis Octobris finem effluebat, temporis spatium ejusmodi artibus insumebatur: Tandem vero trigesima prima ejusdem Mensis die triginta quinque Cardinales supplicantium more Conclave ingrediebantur, præcedentibus S. Petri Canonicis, qui hymnum: *Veni Creator &c.* præcinebant: Demum Missa de Spiritu Sancto per Cardinalem Alexandrinum decantata, Palatii Ministri quisque ordine suo in verba Cardinalis S. R. E. Thesaurarii jurarunt: Sole autem ad occasionem inclinante habita est Congregatio, in qua decernebantur articuli a neo-electo Pontifice, interposita juramenti religione, observandi, & paucis post horis

ris Cardinales Hispani Cardinalem S. Pe-  
tri ad vincula eligere statuebant, hinc A. C. 1503.  
una omnes excepto Cardinale Alexan-  
drino ejusdem cubile accedunt, futuram ei  
dignitatem gratulaturi, feria autem quar-  
ta, in quam Festivitas omnium Sancto-  
rum incidebat, Massensis Episcopus æ-  
dis sacræ Custos, ac supremus Thesauri  
Præfectus Missam de Spiritu Sancto ce-  
lebravit, cui triginta duo Cardinales in-  
terfuerunt, qua finita cuncti ad suffra-  
giorum scrutationem processerunt, ac se-  
dibus quisque suis occupatis, omnes  
successivo ordine secuti in sacro sancta ju-  
rarunt Evangelia, quod articulos nuper  
decretos integra fide servare velint, at-  
que tres Notarii de his publicum confi-  
cientes instrumentum, illud subscribi jus-  
serunt a Massensi Custode, Paulo de Pla-  
nuta, Justino Carresio, & Alphonso Di-  
sceno Sacri Consilii Advocatis.

His peractis mensæ hanc in rem al-  
latae Calix imponebatur, & Cardinalibus  
solis in facello manentibus, clausisque  
portis, schedæ perlegebantur, ex quibus  
Julianum Ruvereum Cardinalem tit. S.  
Petri ad vincula omnium suffragiis ele-  
ctum fuisse perspiciebatur, simulque ob-  
servatum, quod omnes Electores suas  
schemas propria manu exarraverint, ex-  
ceptis Cardinalibus Neapolitano, Rotho-  
magensi, & Casanova, qui conclavi

Guicci. lib. 6.

Bembo hist.

Venet. lib. 12.

Secul. XVI. assistentium calamis, atque opera ute-  
A.C. 1503. bantur.

## §. XXVII.

*Neo-ele<sup>t</sup>us Papa Julius II.  
appellatus.*

*Masson.  
Jul. II.  
Raynald. hoc  
ann. n. 2.  
Marian.  
l. 28.*

*Albisala*

Scrutatione absoluta Cardinales Neo-  
electo Pontificiam dignitatem gratu-  
lantur: hic vero, cum & ipse egregius  
miles esset, ob memoriam Julii Cæsaris,  
ut autem nonnulli, Julius II. appellari  
voluit; ingenium habuit acerrimum, at-  
que indolem turbis assuetam, ac quietis  
impatientem: Cetera novus iste Ponti-  
fex pro natali solo obtinuit Albam Doc-  
liam, oppidum haud procul Savonna dis-  
tatum, Parentes vero illius erant Raphael  
Sixti IV. Papæ frater, & Theodora Ma-  
nerola. Primo Carpentoratensis, deinde  
Albanensis, Ostiensis, & Bononiensis E-  
piscopus, demum vero Avenionensis Ec-  
clesiae in Archiepiscopatum erectæ Prä-  
ful renuntiatus est, & Anno millesimo  
quadragegesimo septuagesimo tertio  
Sixtus V. illum purpura donavit, illius-  
que opera in compescenda Umbriensium  
seditione aliquoties usus est, quod munus  
bellicæ illius indoli apprime conveniens  
erat.

## §. XXVIII.

